



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-321743067-17

DFG

1724.

1^a. Crelles, Christopher Ludovicus : De jure aetatis
2 August. 1724 et 1750.

2. Crelles, Christoph Ludov. : De jure manuum et
paucis . . . 2 August.

3. Daegenerius, Carol. Matthaeus : De inventarii confectione
et rationum redditione, matribus et haeredi
in dispositione patris inter liberos institutae,
remissa invalida.

4. Dornfeld, Johann Jacob : De arbitris.

5. Gaertner, Carol. Graelius : De materia possessoris
territoriorum S. R. T. G. immediateorum in titulis
et modis acquirendi, retinendi et amittendi.

6. Hausen, Christ. Augustus : De phænomenis solis
a luna dicti.

7. Hausen, Christianus Augustus : Loca quædam ^{Salv.}
nisi Hugenianæ et annuli phases M. Aug. Sept. 1725.
similes et profectiones hæmatos inv. Data

1714.

8. Hoecknerus, Iohannes Fridericus : Commercia
Belgii austriaci cum Indis aduersus Belgas
federatos ex legibus naturae et gentium defen-
dit simulque et nationem australem invitat
9. Tenuichen, Gottlieb Fridericus : Proo, quod justum ac
decorum est Lectora jucos et facetas.
10. Haesther, Abraham : De clausula : Was 2d - Ward
band - Mauer - Heilh - Nagel . Schraubfest ist
quae & plurimum emitori - ventitiori . . . agit
solus simulque collegia sua aetiva intimat
11. Haesther, Abraham : De exceptione litis ingressum ten.
pediente simulque collegia sua aetiva intimat
12. Haestherus, Abraham : De apostolis coramque omnibus in foro.
13. Knechtold, Frideric. Alexander : Programma, quo et nationem
australem . . . invitat.
14. Knechtoldus, Fridericus Alexander : De reprobatione haere-
sialistarum, & debito modo concursu creditorum facta.

1724.

15. Ludwig, Ernestus Thomas: De fendo censuali.

16^o Messias, Johannes Christianus: De renovato viribus acum
Saxoniarum privilegio &c. Selgen etc.

16^o Otto. H. F.: De testimonio fraterno testamentario
pag. 1-10 desunt.

17 Philippus, Fidurian, procurarius fac. iur.: Pro-
gramma, quo actum solemne presentationis sep-
tem licentianorum (Johann. Jacob. Dornfeldii
etc.) indicit.

18 Philippus, Fidurian, procurarius fac. iur.: Pro-
gramma, quo actum solemne promotionis septem iuris
licentianorum (Johann. Jacob. Dornfeldii) indicit.

19. Reichel, Joh. Gottlieb: De sublatione nominum . . .

20. Reichel, Joh. Gottlieb: De fundamento et usu interpre-
tationis exphantia naturali . . .

21. Ritterius, Joh. Flor: De embione algae vnde hinc
patris et filiorum ipsopatiale ejus existitum . . .

1724.

22. Salig, Joh. Christianus : De eo, quod justum est circa
vulos . . .

23. Schnaderbach, Fridericus : De optioni minoris heret.
nam vulgo vocant : Das Käth. Recht, tantum loca
sit in abbodiatis ? an et in feodalibus locis ?
similique ad protectiones juris civilis . . . invitas

24. Siegel, Iohann Gottlieb : De indossa et reconveniendo

25. Hippo, Iu. Daniel : De eo, quod justum est circa
ministros ecclesiae substitutor.

26. Thomaeius, Gottlob : De documentorum originalit.
etiam post recognoscendum ad certum tempus in
jndicio relinguendis.

23
1724, 17 440
PRO-CANCELLARIUS
D. FRIDERICVS PHILIPPVS, JCTVS,
FACVLTATIS JVRIDICAE LIPSIENSIS
ASSESSOR, EIVSDEMQVE COLLEGII
SENIOR,

ACTVM SOLENNEM
PRAESENTATIONIS
SEPTEM
LICENTIANDORVM
IN VTROQVE JVRE
INDICIT
ET AD EVNDEM,
DIE VIII. NOVEMBRIS ANNI MDCCXXIV.
IN AUDITORIO JCTORVM
HORA II. POMERIDIANA
CELEBRANDVM,
LECTOREM BENEVOLVM
OFFICIOSE,
ET, QVA PAR EST, HVMANITATE
INVITAT.

LIPSIAE,
EX OFFICINA IMMANVELIS TITII.

De vulneris, iactinis lethaliis, discinere, et
periculis applicatione.



PRO-CANTATORIIS
DIBIDERICAS PRIMAS KANT.
LVCATI ATLAS MARICAS PRIMAS
VOCESORUM ETAS CANTORUM
CANTORUM
AC TAN SOLINEM
PRAESENTATIONE
SEPTEM
TICENITANDORVM
IN VARIOCATU
IMPICIT
THEATRUM
DE HIR MONUMENIS ANNO MDCCXIX
IN AUDITORIO LEOJORVM
NOTA HISTORICA
CITERRINDAM
Lectorum benevolium
Orcicosis
Et cetera est humanitate
INVITAT

LIPSIÆ
IMPRIMATUR
MAMMANNIENSIS TITULUS



Rdinatio criminalis judicij, a Ca-
rolo V. Imp. gloriofissima me-
moriae promulgata, præclare in-
ter alia art. 149. constituit, ut oc-
cisorum cadavera ante sepultu-
ram sectioni inspectionique me-
dicorum subjiciantur, & vulne-
rum qualitates, quæ ab his ob-
servatae, & sub fide juramenti præstati, indicatæ, præ-
sente judice cum scabinis manu aëtuarii cum cura con-
signentur, ne pereat arbitrandi copia de vulnerum le-
thalitate, & ut ordinaria homicidarum pœna pro cir-
cumstantiarum ratione imponi queat. (a) Quoniam
vero ipsi judges, justi magis atque injusti scienc-
tia, quam vulnerum cadaverumque notitia instructi,

A 2

211002 circa

(c) CARPZ. pract. rerum criminal. qu. 26. n. 10 - 23. 29 - 43. 49.
seqq. BERGER. Elect. crim. c. 2. m. 3. th. 5. p. 94. seqq.
STRYCK. de jur. sens. Diff. i. c. 2. n. 17. seqq. THOMAS. ad
ad Pand. tit. ad L. Corn. d. Sicar. p. 36r. TEICHMEIER. In-
stit. Med. Legal. c. 21. qu. 1. seqq.

circum lethalitatem vulnerum persæpe hærent, aut
suis saltem judiciis diffidunt, collegia Medicorum, qui
corpus humanum quotidie tractant; &, quæ ad
eius vitam necessaria sunt, omnium optime norunt,
consulere coguntur (b). Ubi difficultate ac varietate
casuum sæpe contingit, quod horum responsa dubiis
ansam dent, & judicium de applicanda pena, quod
instruere debebant, novis implicite scrupulis, ita
tamen, ut & in voces, quibus vulnerum lethalium
discrimina significant, culpa conjicienda sit; has
enim cum nec uniformiter usurpent, nec evidenter
omnino definiant (c), obscuris notionibus &
conceptibus occasionem quandoque præbent, quibus, tam
de ipsis vulneribus, quam de pœnis, judicare impedi-
mur, diffensionesque commoventur, legitima pœna-
rum applicationi moram injicientes. Quæ difficulta-
tes cum pro justitia rite administranda è medio sint
tollendæ, neminem mihi vitio versurum arbitror,
quod, in præsenti vulnerum, in primis lethalium, discrin-
mina explicati tradere, & simul quarundam regu-
larum periculosam applicationem breviter ostendere,
in animum induixerim. Quemadmodum ergo vul-
nus partium continuarum, vi externa factum, solutio-
nen notat (d), & ab eventu, prout ex illa mors sequi,
aut non sequi solet, in *lethale* ac *non lethale* distinguitur;

ita

(b) SCHOEPF. Synopf. jur. priu. L. 48. tit. 8. n. 34. in fin. BOEH-
MER. jus digestor. tit. ad L. Corn. d. Sicar. §. 18. GEORG.
BEYER. delin. Pandect. tit. eod. P. 5. lit. n.

(c) Vid. IO. BOHN. d. off. medic. clin. & forens. P. 2. c. 5. p. 615.
seqq. TEICHMEIER. d. l. c. 22. qu. 2.

(d) FRANC. IOEL. chirurg. in præcogn. p. 2. & P. 4. qu. 1. seq.
IVNCKENII compend. chirurg. S. 2. c. 1. p. 45.

ita nullus dubito, cum datae descriptiones justo generales sint, quin ex parte affecta utrumque specialius astimari debeat. Nam vulnera, partibus inficta, quarum integritas ad vitam omnino desideratur, lethali nomine dignissima sunt (e), cætera vero, quæ partes ad vitam ducendam minus necessarias dilacerant, non lethalibus accenseri merentur. Sed nunc observandum, quod, cum vita membrorum nutritionem, nutritio fluidorum circulationem et appulsum, appulsus spirituum motum exposcant, perspectu non adeo difficile sit, eorum viscerum canaliumque integratatem in primis requiri, quorum ope chylus, lympha, sanguis, itemque spiritus præparantur, & una cum aëre per totum corpus dispensantur, nec non ea, quæ superflua sunt, commode evehuntur. Læsis namque ac disceptis hisce organis, vitales functiones turbantur; succi alimentarii defectus oritur; fluida nec advehi debite, nec revehi possunt; spiritus, per rimas dilabentes, nec destinata in loca influentes, vim motricem perdunt; laudabilia æque ut excrementitia, extra locum naturalem projecta, in cavitates capitis, thoracis & abdominis incongruas deponuntur, ubi non solum mole sua sanguinis gyrum impediunt & remorantur, sed etiam putrefacta vicinas partes ad sphacelum disponunt (f); ut adeo, quomodo tali in statu vita conservari possit, ægre admodum intelligatur. **¶** Enimvero, cum ista vitalitatis organa, intra tres

A 3

ven-

(e) ADR. BEYER. diss. de eo, quod justum est, circ. vuln. lib. homin. c. 2. n. 1. & 15. conf. BOHN. d. l. p. 614. in fin.

(f) BOHN. in tract. d. medicin. forens. qui adhuc in MSCto latet, c. 23. §. m. 3. & 4.

ventres maximam partem abscondita, profundius latent, nec in conspectum, nisi dissectione instituta, prodeant, veritati maxime videtur consentaneum, quod vulnera exteriora, quae artuum & corporis superficiem tangunt, non mortifera recte habeantur, sive cuticularia sint, Blutr̄nslige Wunden, ceteraque salfatrem rupta à stillante sanguine madeant, sive carnosa sint, Fleisch-Blutende offene Wunden, &c, discissis musculis, hiatum quendam carnis vel mox ab initio, vel post apertum tumorem, producant, sive denique athlética sint, Kämpfer und lehmende Wunden, & venas, non arterias (g), nervos, non tamen præcipuos (h) & tendines, non adeo enormiter, afficiant, artusque corruptos ac debilitatos functionibus suis ineptos reddant (i). Interiora autem & profundiora vulnera lethalibus annumeranda sunt (k), & subiecti intuitu, vel absolute lethalia, quae omnibus hominibus minantur exitium, vel secundum quid lethalia, quae huic aut illi vulnerato, ex certa hypothesi, mortis periculum intentant, dici debent (l). Ad priora pertinent, quae organa, chylum elaborantia ac distribuentia, puta ventriculum, intestina, vasa lactea, ductum thoracicum, &c, si quae sunt alia, iædunt; quae vasa sanguini

(g) TEICHMEIER. d. l. c. 22. qu. 3. regul. 2.

(h) IVNCKEN. compend. chirurg. S. 2. c. 1. p. 109.

(i) Conf. IO. PHILIPP. Ut. pract. Inst. L. 4. Eccl. 34. n. 1. seqq. CARPZ. d. l. qu. 99. n. 21. seqq.

(k) PARÆI chirurg. L. 9. c. 30. & 33. CARPZOV. d. l. qu. 26. n. 20.

(l) ZACH. quæst. med. leg. L. 5. t. 2. qu. 2. n. 8. conf. BOHN. d. off. medic. p. 612. in fin. & p. 617. ADR. BEYER. d. diff. c. 2. n. 1.

sanguifera & lymphatica, præsertim capaciora, quibus sanguis & lympha copiosior vehitur propelliturque, ut cor, lienem, jecur, arterias & majores venas, earumque ramifications abditas, incidunt; quæ fontes nervorum, cerebrum, cerebellum, & medullam spinalem, in quibus regnat spiritus vitales, corrumpunt; quæ organa pneumatica, aëris in & exspiratio- ni dicata, veluti pulmones, diaphragma, asperam arteriam destruunt; his quippe non integris, vitam omnium in disserimen adduci, evidentius est, quam ut ab ullo negari queat (m). In posterioribus hypothesi supponenda respicit quandam corporis vulnerati, naturalem aut præternaturalem, constitutionem, idoneam ad lethalitatem vulneri parandam (n). A natura enim certo interdum homini peculiaris tribuitur membrorum conformatio, quæ non solum levi opera grave vulnus accipit, sed facit quoque, ut idem, quamvis mille subiectis aliis non lethale, huic soli lethale existat. Ita venarum & arteriarum umbilicalium perfosiones adultioribus, in quibus vafa illa consolidari, & in ligamenta abire, solent, nihil aut pa- rum lethalitatis afferunt, nihilominus, si contingat, ut, perinde ac in recens natis, adhuc pateant, procul du- bio earum vulneratio lethalis foret, multo in abdomen profuso sanguine. (o) Cranii pariter extraordinaria tenui-

(m) HIPPOCRAT. coac. prænot. §. 509. ZACH. d. I. n. 23.
TEICHMEIER. d. I. c. 22, qu. 3. CORN. STALPART.
van der WIEL. Cent. 2. Obs. 46. CORN. CELSVS de re
medic. L. 5. c. 26.

(n) TEICH. d. I. c. 22. qu. 4. pag. 105. seq.

(o) BOHN. tract. d. Medic. forens. c. 23. §. m. 7.

tenuitas, & mollior fluidioris cærebri consistentia, ætati teneræ familiaris, non minus viris quandoque lethalis observatur, idcirco vel a levi ictu contusioneque capitis fracturæ crani obnoxii, &, nimium commoto disturbatoque cerebro, vulnerati celeriter sæpe occumbunt (p). Sed præternaturali situi intestinorum adscribendum erit, quod perforatio scroti, quorsum intestina prolapsa sunt, alias non lethalis (q), si una feriantur, in hernioso convertatur in lethale vulnus. Similim in modum unius renis defectus aut morbositas, ut si exulceratione prope absemptus (r) aut ad minus excernendæ urinæ alias ineptus, causa est, ut renis alterius substantia leviter tantum lacerata, vulnus pro statu isthoc valetudinario lethale merito dicatur. Præterea vulnerum lethali subdivisio, quæ a fanationis successu petitur, commemoranda venit. Scilicet ea, qua in *simpliciter, ut plurimum & raro* lethalia dispescuntur. Simpliciter enim lethalia dicunt, quando partes læsa omnem medelam detrectant, nullaque arte sanari possunt, deficiente exemplo, quod ex iis consolidatis atque in integrum restitutis quisquam convaluerit (s). Qualia vulnera uti necessario, semper ac brevi tempore interimunt, ita numero forsan pauciora sunt, eoque referuntur, quæ cordis ventriculos, vasa sanguinera

(p) TEICHM. c. 22. qu. 4. p. 196.

(q) CORN. STALP. van der WIEL. Cent. 1. Obs. 85.

(r) IOBI von MEEKERN. observ. chirurg. 37. C. STALPART. van der WIEL. Cent. 1. obs. 52.

(s) BOHN. d. off. med. d. l. p. 613. in fin. & p. 617. TEICHM. d. l. c. 22. qu. 2. p. 190.

majora ac cerebrum profundius penetrant, (t) tanto
minus auxilio a manu medica expectantia, quanto ma-
jori celeritate excessum animæ præcipitant. Contra
utplurimum lethalia vocari consueverunt, quæ pluri-
mos interficiunt, paucosque servant, læsis vitæ organis
difficilijne & admodum raro curam admittentibus.
(u) Quam difficultatem præcipue a loco vulneris pro-
ficiunt autuno, quippe qui, cum est incertus & igno-
tus, ut in contrafissuris cranii a percusso capite con-
tingit, non solum tractationem methodicam impedit,
sed & medicinæ applicationem eludit; (x) cum autem
est intimior atque profundior, e. g. perforato ventri-
culi fundo, obstat solet, quin labia vulneris adduci, &
rimæ, per quas elabitur vitalis succus atque vigor,
obstrui queant, præsertim si magnitudine excedentes,
nec adstringentibus obedient, nec viscidis obturari
conglutinarique possint (y). Interim non diffiteor,
curæ difficultatem ab aliis causis nonnumquam augeri,
& per texturam partis affectæ, læsionis modum, vul-
neris magnitudinem, nec non exilitatem intendi: sau-
ciato enim abdomine, fisto quo crano, si extravasato
sanguini ac sero sanioso commoda non patet via, per

B. quam

(t) C. STALP. van der WIEL Cent. 1. Obs. 5. & 9. BOHN.
d. I. P. 2. c. 5. p. 615. & P. 1. c. 2. p. 23. TEICHM. d. I. c. 22.
qu. 3.

(u) BOHN. d. I. P. 2. c. 5. p. 617. TEICHM. d. I. cap. 22. qu. 2.

(x) HIPPOCRAT. d. cap. vuln. tit. 9. conf. C. STALPART.
van der WIEL Cent. 2. Obs. 1. PETR. PAAW in Hippo-
crat. d. cap. vuln. p. 107. seqq. PARAEI chirurg. L. 9. c. 8.
conf. AMAT. LVSITAN. Cent. 3. Obs. 42.

(y) BOHN. d. I. p. 614. in fin. b. MOLST.

quam egeratur, non permittendum est naturæ, ut ex-
iliora foramina fissurasque crani obducatur, sed cogitan-
dum potius de dilatatione tempestiva, nisi periculum
mortis ingravescere velimus (z); Si vulnus eum
contusione, veluti à sclopo, aut per telum venenatum
est inflictum, solidis contritis atque dislocatis, infe-
ctisque liquidis, medela infelicitus succedit (a); si par-
tes tendinosæ & membranaceæ feriuntur, ex enormi
dolore & spasmatica contractione non solum cere-
brum nervosumque genus prompte in consensu ra-
pitur, sed etiam facilime, ab inflammatione correptæ,
in sphacelum propendent, & propter similarem suam
substantiam ægerrime sanantur (b). Quibus consi-
deratis, in aprico est, vulnera, orificiis & fundo ven-
triculi, intestinis, fundo vesicæ urinariæ, ejusque col-
lo interiori, cordis substantiæ, extima superficie cere-
bri, pulmonibus, tracheæ cum prominenti, tum sub
thoracem abditæ, vasis sanguiferis internis, licet mi-
noribus, parti tendinosæ diaphragmatis, &c. (c) infli-
cta, ut plurimum lethalia esse, atque rarissime sanari,
quandoquidem pauci illi, qui servantur, beneficio na-
turæ

(z) PETR. PAAW. in Hippocrat. d. cap. vuln. p. 216. sequ.
BOHN. d. leth. vuln. p. 71. seq. TEICHM. d. l. c. 22. qu. 4.

p. 193.

(a) FRANC. JOEL. Chirurg. P. 4. qu. 3. p. 275. CARPZ. d. l.
qu. 26. n. 20. TEICHM. d. l. p. 194. BOHN. d. Off. Med.
P. 2. c. 4. p. 594. seq. PARAEI Chirurg. L. 8. c. 4. L. 10. in Apo-
logism.

(b) TEICHM. d. l. c. 22. qv. 4. p. 194.

(c) C. STALPART van der WIEL. Cent. 1. Obs. 39. & 81. Cent.
2. Obs. 25. & in Obs. 23. BOHN. d. l. P. 1. c. 2. p. 23. & P. 2. c. 5.
p. 613. & 615. TEICHM. d. l. c. 23.

turæ & singulari corporis conditioni plus debent,
quam subsidio medicamentorum. Denique raro seu
minus lethalia vulnera appellantur, per quæ aliqui tan-
tum homines vitam amittunt, plurimi revalescent,
quoniam arte salutari frequenter colligantur, partim
quod exterius sitis cauta manus opem ferre, & reme-
dia admoveare possit, partim, quod, licet sint abstru-
siora, bona indolis inveniantur, & naturæ, paululum
adjutæ, industria coire facilius & concrescere soleant.
Non puto, me errare, hue relatis illis vulneribus, quæ
substantiaæ jecoris, item alterutrius renis, parti carno-
sæ diaphragmatis, cervici urinariaæ vesicæ, qua supra
perinaeum positæ, vasis sanguiferis artuum & extima-
rum corporis regionum, &c. (d) inferuntur; Sane,
quanquam lethalia sint, promptius tamen obstruuntur,
multoque facilius, quam illa, de quibus ante egi-
mus, teste experientia, sanantur; nisi forte curatio-
nen congenita humorum crasis, aut virium imbecil-
itas ex ætate tenera vel senili, aut febris chronicæ &
pestilentialis, cacochymia, erysipelas, aliave dispositio-
morbosa frustretur; quod enim morbi, virium debi-
litas, & malignum temperamentum periculosiora
symptomata provocare, vulnerisque lethalitatem, ro-
busto & fano juveni non adeo metuendam, exaspera-
re, & plane mortiferam ac insanabilem reddere va-
leant, certo certius habendum (e). Progredior ad
aliam divisionem, qua vulnera *per se* & *per accidens* le-
thalia vocantur; mihius persuadeo, non omnes satis
intel-

B 2

(d) CARPL. d. l. qv. 26. n. 20. TEICHM. d. l. tot. c. 23.
(e) AMBR. PARÆI Chirurg. L. 8. c. 4. L. 9. c. 10. TEICH-
MEIER. d. l. c. 22. qu. 4. p. 196.

intelligere, quid sibi velint, dum his terminis truntur.
Animadvertere licet, hoc accidens quibusdam tam late patere, ut in amplexus suos, velit nolit, ea, quae superius secundum quid & ut plurimum lethalia dixi, recipiat (f); quorum sententiā, cum mihi non liqueat esse prolixiori, destruere in presentiarum superfedeo. Interim nec satisfacit abstracta nimium aliorum explicatio, qui lethalia per se veram, genuinam & immediatam, per accidens vero apparentem & mediataam morti in sequenti causam præbere putant; (g) nam, ut faceam, nullum fere vulnus esse, quod immediate atque proxime necet, cum ad applicacionem venitur, varias lites ac disputationes super jaeta ta illa veritate causa parit. Propius a scopo absunt, qui sub lethalibus per se omnia vulnera lethalia, sive absolute sive ex hypothesi, sive simpliciter, sive ut plurimum talia sint (h), quia partes ad vitam necessarias afficiunt, complectuntur; quibus tamen in eo saltem temperamentum adjicio, quod raro lethalia, quod est frequenter sanabilia, e classe illorum vulnerum per se lethaliū quodammodo excludant; cum tamen haec pariter vitalia iædant, & habitudo corporis, naturalis aut morbos, eis ad mortem tantum adminiculetur, & remedatio, moriente vulnerato, non facile sit præsumenda. Cum igitur sola restent non lethalia vulnera, haec in istum censum referenda, quæ communiter, nisi accidens superveniat, aut sua sponte, aut vi medica camen-

(f) BOHN. d. I. p. 2. c. 5. p. 613. in fin.

(g) Idem d. I. p. 617. TEICHMEIER. d. I. c. 22. qu. 2.

(h) BOHN. d. I. p. 615-617.

camentorum, restituuntur (i). Sed perscrutandum
ulterius, quid sit, quod accidentis nomine intelligatur,
ut inoffenso pede progredi valeamus. Deprehendo
autem intelligi symptomata & circumstantias exter-
nas, quae vulnerationem consequuntur: Nam, eti-
comitantes atque præcedentes circumstantiae ad vul-
nerationem ipsam pertinere, & dirigenda inspectioni
ferendoque judicio multa subministrare largiar (k),
non tamen de his prædicari potest, quod vulneri jam
existenti superveniant, adeoque accidant. Symptoma
enim sequela vulneris est, ut haemorrhagia, apoplexia
a percussione capitis, convulsiones ab irritatione mem-
branarum & nervorum, dolor, inflammatio, aliaque
similia (l). Quoniam igitur illud occasione vulneris
emergit, quando evidens nexus inter vulnus, sympto-
ma succedens, & mortem deprehenditur, extra dubi-
tationis aleam positum est, quemvis, ex symptomate
mortuum, ex ipso vulnera mortuum quodammodo
dici. Idque verum est, sive species lethalia, sive non
lethalia vulnera, hoc solo observato discrimine, quod
illa propter emergentia symptomata non fiant lethalia
per accidens, verum maneant per se talia, quia cum
illis nunquam non cohærent, & etiam absque concur-
su corum, in primis insolentiorum, interimerent.
Dicis forsitan, incertum esse, an symptomata ex ipso vul-
nere accesserit, an vero ex alia quadam causa intrinse-
ca, vel corporibus humanis communi, vel vulnerato-

B 3

propria

(i) Conf. TEICHM. d. I. c. 22. qu. 2.

(k) BOHN. d. I. c. 4. p. 594.

(l) CARPZOV. d. I. qu. 126. n. 20. & 46. TEICHM. d. I. c. 22
qu. 4. p. 197.

propria & peculiari, utputa si iste paulo haeretus infirmior fuerit, aut calculo, ulcere pulmonum, abundantia pituitæ &c. laboraverit, nec adeo semper verum esse, quod, qui ex symptomate moritur, ex vulnero moriatur; enim vero adhibita perspicaci industria scrupulus hic saepe eximi potest, si nexus symptomatum cum vulnero attentius consideretur. Nam si illa convulsivæ sunt motiones, a membro vulnerato provenientes; si operationes existunt aliarum quidem partium, sed quæ cum membro lesio singulare & inevitabile commercium habent; si nunquam non vulneri inflicto adesse solent; si mox cum vulnero, aut brevi post, præsertim inflammationis tempore, invaserunt, & ad mortem usque perdurarunt, nulla de ægri aut chirurgi culpa, qua excitata sint, suspicione existente, verosimile valde est, quod a nulla alia causa, quam a vulneris conditione, pependerint (m). Ubi vero istius modi nexus deficit, ibi ea, quæ supervenerunt, alienæ quidem causæ adscribenda sunt, attamen tunc proprie loquendo non sunt vulneris symptomata, ex quibus vulneratus perierit, sed mera accidentia existunt, quæ, ab aliis externisque circumstantiis oriunda, vulnus lethale saltem depravare, aut ad non lethale lethalitatem attrahere, pro re nata, possunt (n). Externarum autem circumstantiarum pene infinita est varietas, quæ ut ex facto ipso curiosius inquirendæ, ita a culpa potissimum & fortuna pendent. Fortunæ adscribendum venit cœlum inclementius, sub quo vulneratus

(m) BOHN. tract. d. Medic. forens. c. 23. §. m. 10. TEICH.
MEIER. d. I.

(n) TEICHM. d. I.

ratus decubuit, quodve in quibusdam urbibus, provinciis et climatibus valde noxiū, & vulneribus, si non omnibus, certo saltem eorum generi, veluti capitatis, infestum & exitiosum ita perhibetur, ut vix detur mortem evitare (o). Animi etiam affectus, ut ira, terror, tristitia &c. quatenus in potestate non existunt, aliquid fortuiti in se continere videntur (p). Culpa vero sibi vindicat justo tardiorē chirurgi advocati accessum, ineptam curationis methodum, errores vulnerati in diæta, malum regimen, quod adstantes in ejus tractatione adhibuerunt, & plura alia, in omittendo vel committendo consistentia, a quibus cunctis & singulis vulnus, in se leve & indifferens, lethalitatem induere posse, nequaquam ambigendum (q). Et sic inde liquet, accidens, a quo denominatur vulnus in Symptomaticum & externum, idque vel culposum vel fortuitum non male forsan distingui. Sed lustrabimus nunc alias earum regularum, quas instar cynosuræ non tam commendare, quam factō ipso in iudiciis de applicanda pena ordinaria sequi solent. nostris moribus dolus pro factō non accipitur, nec deambulatio cum telo hominis occidendi causa sufficit. v. l. 1. l. 7. ff. ad L. Corn. d. Sicar. sed requiritur lethale vulnus, si homicidæ gladius, aut pro re nata suspendium dieteatur. a. O. C. art. 147. 148. 149. P. 4. C. El. 7. Mand. Reg. El. d. pri-

(o) AMBROS. PARAEVS Chirurg. L. 10. c. 8.

(p) C. STALP. van der WIEL. Cent. 1. Obs. 16. TEICHM. d. I. p. 196. in fin.

(q) PETR. PAAW. d. I. p. 229. TEICHM. d. I. c. 21. qu. 10. pag. 185. & c. 22. qu. 2. pag. 189. BOHN. d. Off. Med. c. 4. pag. 594.

d. privat. vindict. §. 40. (r) Quoniam igitur luce me-
ridiana clarus est, ex vulnere, quod *per se, absolute*, &
simpliciter lethale à peritis estimatur, mortem sequi,
&, tanquam ex fonte, prono' alveo derivari, ad unum
omnes consentiunt, quod, emergente, ut, proh do-
lor! saepe fit, tristiori talius modi casu, extremum
supplicium irrogari oporteat. Sed in vulnere *secun-*
dum quid, seu ex hypothesi, lethali nonnulli ad coēr-
cionem extraordinariam inclinant, quia sit per acci-
dens lethale (s). Liceat vero singularis strūctura cor-
poris prater intentionem parentum, & in specie ma-
tris, in uteri clauſtro mirifice absolvatur, & habitus
morbosus interdum citra omnem culpam contrahat-
tur, hocque respectu isthac per accidentis contigisse di-
ci possint: veruntamen, postquam corpus, ita elabo-
ratum, in lucem prodit, & morbus regnare cœpit,
ipſa accidentaria illa degenerant in naturalem aut præ-
ternaturalem statum, qui vulneri, vitali parti inflicto,
per se et sua natura lethalitatem contrahit inevitabi-
lem. Neque officit, quod non omnes inde pereant;
nam ex eo nihil aliud, quam quod non absolute & per
naturam omnium lethale sit, inferre licet; per se ta-
men, & per naturam hujus vulnerati lethale est, nec
ex accidenti mero tale euadit; judicio enim pruden-
tiorum medicorum id, quod non absolute lethale,
non statim per accidentis lethale vocandum, sed, il-
lo non abstante, propter hypothesin pro *per se* tali,
quod

(r) Dn. CH. THOMAS. ad Pand. tit. d. L. Corn. d. Sicar. p. 360.
ibique alleg.

(s) SCHOPP. Synopf. jar. priv. L. 48. t. 8. n. 33. FELTM. d.
Cadav. Inspic. c. 55-58. Dn. THOMAS. d. l. p. 361.

quod mortis insequentis genuina causa est, haberi potest, ac, cæteris paribus, etiam haberi debet (t). Quodsi per accidens præcedaneum lethale hoc vulnus dicere malles, repugnantia te non locuturum fateor, at sustineres tamen declinandam judiciorum confusio nem, & confunderes, ni fallor, ipse causam sine qua non, tantum non semper præcedentem, & lethalitatem vulnerum haud tollentem, cum accidentibus succedaneis, quæ vulnera non lethalia interdum lethalia faciunt, &, cum de vulnere sermo est, nunquam non intelliguntur. Deinde pro regula fere observatur, quod in vulnere *ut plurimum* lethali, si vulneratus non e vestigio, sed ex intervallo, moritur, concorrente errore, aut parentia medici, mala diæta laesi, aliave causa mortem promovente, ordinaria poena cesset (u); quæ tamen magna cum circumspectione applicanda est, ne dolosus homicida ex meritis prætextibus poenæ, quam promeruit, subducatur. Nam hoc genus vulnerum, quod plus ad mortem, quam ad recuperandam sanitatem, tendit, & non nisi cum magna difficultate curatur, certa ratione lethale ac mortiferum existit (x). Et quanquam unus & item alter fuerit, qui restituti, ad incolumentatem pervenerunt robore naturæ & beneficio Dei singulari, præter omnem probabilem rationem, non oportet tamen, a particularibus & rarissimis exemplis, quæ scriptores tanquam admiranda naturæ miracula adnotarunt, conclusionem formari universalem, &

C idcir-

(t) BOHN. d. off. med. P. 2. c. 5. p. 617. & de leth. vuln. p. 47.
TEICHM. d. l. c. 22. qu. 4. p. 195. seq.

(u) FELTMANN. d. l. c. 57. seq.

(x) CARPZ. d. l. qu. 26. n. 3. Diff. ADR. BEYER. d. diff. c. 1. n. 2.

idecirco ista vñlera e censu per se lethalium penitus deleri. Non desunt exempla, quod febrem petechiam, pestem, purpuram albam quidam superaverint, credamusne propterea, quod morbi isti, ut plurimum lethales, non sua natura & per se lethales sint, nec, nisi ex accidenti, filum vite abrumpant. Profecto, cum parcissimus sit eorum numerus, qui convaluerint, mortuorum contra amplissimus, non temeraria, sed fortissima nascitur præsumtio, eum, in quo, prævia se-
tione legitima, vulnus tale reperitur, ex illo ipso probabiliter animam efflasse, donec eadem naturæ virtus, eademque corporis conditio, quæ penes illos, qui salvi discesserunt, extitit, probetur (y), aut adeo dubia causa reddatur, ut regulæ locus relinqu possit, quæ in capitalibus indubitate indicia, & luce clariores probations exposcit. *I. f. C. d. probat. j. O. C. art. 147.* atque in re dubia benignorem interpretationem sequi iustius tutiusque esse docet. *I. 192, §. 1. ff. d. R. I. l. 32. l. 42. ff. d. penis.* Quoties raro lethalia sunt vulnera, prenam capititis regulariter exulare volunt; quod, cum frequentius sanentur, & lata evadendi via detur, non sint per se mortalia, nec adeo ex illis, sed ex qualibet alia causa, puta forte culpa medici atque cæteris, vulnerati è vita discedant, ac discessisse ex circumstantiis præsumendi sint (z). Sicuti, cum tandem vulnus lethale per accidens audit, propemodum confectum putatur, vulneratum extra reatum homicidii versari, vi-
taque ejus parendum esse, cum, onere in hujus accidentis

(y) PARAEVS d. 1. l. 9. c. 9. BOHN. d. off. med. P. 1. c. 2. p. 23. seq. & P. 2 c. 5. p. 615-617.

(z) CARPZ. d. 1. qu. 26. n. 6. 7. 44 - 46.

dentis humeros coniecto, ipsum vulnus, noxae exemptum, omnis plane culpæ exsors declaretur (a). Enimvero penitus rem inspectanti patebit, quam circumspete hic incedendum sit, ne, imputatione supine instituta, conscientia violetur. Nam, si accidens fuerit *symptomaticum*, cui ipsum vulnus causam dedit, & cum cernitur inseparabilis quidam nexus inter vulnus, symptoma & mortem, fieri non potest, quin reus, qui produxit vulnus, quod instrumentum fuit unius plurimumque successive insequentium symptomatum, veluti extravasati sanguinis & apoplexiæ, ex quibus tandem mors necessario evenit, pro ipsa causa mortis habeatur. *fac. l. 15. fl. l. 5. Cod. ad L. Corn. d. Sicar.* (b). Neque refert, vulnus mortis non immediatam atque proximam, sed remotam causam fuisse; cum enim nullum vulnus sine qualibuscunque symptomatibus, puta profusione sanguinis, extravasatione fieri, chyli, remoratione circuli vitalis &c. existat, & ita nunquam fere immediate interficiat, vereor, ne in impositione poenæ gravis ad hoc discriminandum incaute respiciatur (c). Quodsi symptomata lethalia aliam, præter vulnus, originem habeant, neque cum illo arête cohærent, tunc, cum revera non sint symptomata, sed accidentia quædam externa, aliter quodammodo judicium ferendum esse, facile intelligitur, atque in proprio capitulo est (d). Nimirum quantum attinet ad *accidentia exter-*

C 2

(a) NORICVS ad §. 8. J. d. injur. CARPZ. d. l. n. 6. 28. 46.
TIT. jur. privat. L. 3. c. 1. n. 12.

(b) TIT. d. l. §. 11. CARPZ. d. l. qu. 26. n. 1. 45. seq.

(c) Vid. BOHN. d. off. med. p. 616. seq.

(d) Id. d. l. p. 594. TEICHM. c. 22. qu. 4. p. 197.

externa, eaque fortuita, prima facie videri posset, à ri-
gore legum paulo recedendum, poenamque mitigan-
dam esse, quatenus nec a facto vulneris, nec a volun-
tate vulnerantis dependere cognoscuntur: quia ta-
men nec à voluntate vulnerati, aut alius cuiusdam
hominis, sed a naturali corporis lasci, aerisque &c. con-
stitutione dependent, atque superveniunt, putarein, si
concursum suo, solito periculosiora, symptomata pariant,
& propterea vulnus naturali quadam necessitate mor-
tiferum fiat, quod eorum intuitu, quamvis mortis cau-
sa existant, de stricto jure poenaque ordinaria desle-
ctendum non sit; cum vulnerans, qui in facto illicito
versatus fuit, de omni eventu, eo imprimit, quem e.g.
ex aëris atmosphærici indole potuisset, & ex genio at-
que constitutione ejus, quem vulneravit, debuisse, a.l.
19. ff. d. R. I. prævidere, teneatur. a.l. 6. C. ad L. Jul. de
vi publ. ibique dd. (e) Aqua tamen pena nihilo secius
dispensat accidens culposum, causam lethalitatis in me-
dicos potius & chirurgos, ipsosque vulneratos & ad-
stantes rejiciendo. a.l. 30. §. 4. l. 25. ff. ad L. Aquil. (f)
Quanquam enim is, qui non lethaliter quendam vul-
neravit, causam huic accidenti, & consequenter morti
quodammodo dedisse videatur; cum, vulnerare non infli-
cto, neque medici culpam admittere, neque alii circa
vulneratum peccare ulla ratione potuissent; quoniam
tamen evidenter patet, causam hanc non esse ita com-
paratam, ut manum porrigat accidenti, eique necessa-
rio & induulso modo conjungatur; consensus etiam
a parte vulnerantis penitus ac in universum deficit,
res

(e) Idem d. l. p. 196.

(f) CARPZOV. d. l. n. i. & ii.

res caret dubio, vulnerantem nequaquam de occiso,
sed extra ordinem & de injuria damnoque dato ex Le-
ge Aquilia teneri (g). Veruntamen fatis hac de re
dictum arbitror: contrahenda sunt proinde vela, ne
devehamur in alia, nunc quidem haud attingenda, ca-
pita jurisprudentiae, in qua ut diurno nocturnoque la-
bore desudandum, ut frequentes evitemus scopolos,
ita in illa probe versati sunt septem juris Licentiani
præstantissimi

DN. M. IOHANNES IACOBVS
DORNFELDIVS, Lipsiensis,

DN. M. CHRISTOPHORVS LV-
DOVICVS CRELLIVS, Lips.
Poët. P. P. Extraord.

DN. IOHANNES DANIEL
STIPPERVS, Lipsiensis,

DN. M. IOHANNES GOTTLIEB
REICHELIVS, Camentio Lusat.

DN. M. GOTTLÖB THOMA-
SIVS, Lipsiensis,

C 3 DN.

(g) *Idem* d. l. n. 12. seq.

DN. M. GOTTFRIED THOMAS
LVDOVICVS, Lipsiensis,
&

DN. M. CAROLVS GVILIEL-
MVS GAERTNERVS, Dresd.


quos, ad altiores gradus adspirantes, Facultas juridica
Lipsiensis, decenter implorata, Reverendissi-
mo Serenissimoque Principi ac Do-
mino, Domino MAVRITIO
WILHELMO, Duci Saxo-
niæ, Iuliæ, Cliviæ, ac Montium,
ut & Angriæ & Westphaliæ, po-
stulato Administratori Episcopatus
Martisburgensis, Landgravio Thu-
ringiæ, Marchioni Misniæ & utrius-
que Lusatiae, Comiti Principali digni-
tate Hennebergico, Comiti de Mar-
ca & Ravensberg, Dynastæ in Ra-
venstein, Cancellario hujus Acade-
miæ Clementissimo, ad specimina solidioris
erudi-

eruditio*n*is, quæ restant, exhibenda, summosque in
utroque jure honores cum tempore ipsis conferendos,
antiquo more, præsentare constituit. Ad quemactum
solenniorem, in Collegio Petrino celebrandum, cum ego,
cui Procancellarii munus in iis, quæ ad doctoralem il-
lorum promotionem spectant, gratiosissime demanda-
tum est, diem VIII. Novembris destinaverim, Reto-
rem Academiæ Magnificum, illustrissimos Co-
mites, Proceres utriusque Reipublicæ am-
plissimos, nec non generofissimorum atque no-
*bilissimorum studio*for*um Ordinem, ea, qua par-*
est, observantia & humanitate rogo & exoro, ut statu-
die, hora secunda pomeridiana, desideratissima sua præ-
sentia panegyrin illam cohonestare velint, iisdemque,
pro singulari hac benevolentia, perpetuum cultum
mutuamque gratificationem spondeo atque polli-
ceor. P. P. Lipsiæ die V. Novembris
Anni c*l*xi*c*CCXXIV.



deren völker und das Land der Völker
die Erde zu überfliegen. Und es wird
auf dem Lande des Heils ein Friede sein.
Und es werden die Menschen nicht mehr
sich unter sich und unter den Tieren
kämpfen. Und es wird kein Mensch
mehr sterben. Und es wird kein Tier
mehr sterben. Und es wird ein Friede
sein auf der Erde. Und es wird ein Friede
sein zwischen den Menschen und den Tieren.
Und es wird ein Friede sein zwischen
den Menschen und den Vögeln. Und es
wird ein Friede sein zwischen den Menschen
und den Fischen im Meer. Und es wird ein Friede
sein zwischen den Menschen und den Tieren.
Und es wird ein Friede sein zwischen den Menschen
und den Vögeln. Und es wird ein Friede
sein zwischen den Menschen und den Fischen im Meer.


Von oben auf die Erde



Leipzig Diss. 1724
X 230 9475

2518





B.I.G.

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

1724, 17 440

MCCELLARIUS
S PHILIPPVS, JCTVS,
VRIDICAE LIPSIENSIS
VSDEMQVE COLLEGII
SENIOR,
SOLENNEM
INTATIONIS
SEPTEM
TIANDORVM
ROQVE JVRE
INDICIT
AD EVNDEM,
EMBRIS ANNI MDCCXXIV.
TARIO JCTORVM
A II. POMERIDIANA
CELEBRANDVM,
EM BENEVOLVM
OFFICIOSE,
PAR EST, HUMANITATE
INVITAT.

L I P S I A E,
CINA IMMANVELIS TITH.
*lethalium discinire, et
alose applicare.*

